

sponsi anime sancte: hoc enim osculo inter
 amplexus accepto: secuta est de peccatorum
 plenissima remissione: quod est de reconcilia-
 tione primi osculi. **I**te secuta est de sincerissi-
 ma eius dilectione quod secundi fuit osculi. **I**te
 secuta est gratia eiusdem osculi de eius affectuosi-
 sima saluatione. **Q**uia sicut **Bern.** Magni
 supra modum amoris indicium est osculum. **N**on
 autem sit hoc osculum: quia spiritualis gratia est:
 non facilius innotescit. **N**eli? enim impressum
 quod verbis expressum cognoscit. unde **Bern.**
Ego arbitror neminem facile posse scire quid
 sit osculum: nisi qui accipit. **E**st quippe ma-
 na absconditum: et solus qui edit adhuc eu-
 riet: sicut signatus cui non comunicat alie-
 nus: sed solus qui bibit adhuc sitiet. **N**on er-
 go est cuius hominis ex affectu dicere. **O**scu-
 lum me osculo oris sui. **S**ed si quis ex ore
 dicitur hoc osculum vel semel accepit: hunc pro-
 prium experimentum profecto sollicitat et cogit
 amplius ad petendum. **H**oc ergo osculum lo-
 la et rara perfectio experit. **I**tem oportet
 ergo sponsam christi: ut presumat hoc osculum
 petere: amare caste: amare sancte: amare ar-
 denter ipsum sponsum. **C**aste ut ipsum solum
 et non aliud quicquam ipsius amet: petat vel quod
 car. **S**ancte quia non in concupiscentia carnis
 sed in puritate spiritus. **T**ertio necesse est ut
 amet ardentem: ut ita amore sponsi inebrietur
 ut maiestatem non cogitet. nam si cogitaret
 non presumeret hoc osculum petere veluti ab equo
 li. **Q**uis enim presumeret: ut ab eo qui respicit
 terram et facit eam tremere: osculum postula-
 ret: **E**t licet multi doctores hoc sacrum osculum
 videlicet tanquam absconditum summis labijs
 tangentes transeant. **C**redimus tamen illud oscu-
 lum nihil aliud esse quam spiritum sanctum ad con-
 solationem anime sancte missum. **S**icut enim
 osculanti spiramen se promiscet ut vnus an-
 tiquus iudicetur: sic spiritus sanctus spiritui
 nostro immiscetur fit vnus spiritus cum spiri-
 tu nostro. **E**t hoc est quod dicit **Apoc.** **Q**ui
 adheret deo vnus spiritus efficitur cum eo: hoc
 intendebat saluator in vltima clausula orati-
 onis sue cum petebat dicens. **E**t ego pater ut
 sint vnus in nobis: sicut ego et tu vnus sumus.
Hec de osculis summis labijs tacta suffici-
 unt. **Q**ui autem hanc materiam plangere volu-

erit. **C**antica canticorum bene respiciat: que tri-
 plicem deuotionem anime sub nomine oscu-
 lorum penitentium: perfectiuentium perfectorum distri-
 se pertractat. **A**ssignans nimirum tria loca
 quibus hec oscula offeruntur scilicet pedes manus
 et os.

Sermo XXIII

Ingrederere et in-

cludere in medio domus tue et tibi
 loquor ad te **Ezech.** **iij.** **E**xpe-
 ditus utrumque duobus sacramentis spiritua-
 lium nuptiarum dei et anime. **N**unc superest dice-
 re de tertio scilicet dei ad animam allocutione. **V**e-
 runtamen quia sermo diuinus siue locutio non
 perstrepat auribus corporis: sed aures cor-
 dis cui in silentio verba archana que non li-
 cent homini loqui anime sancte et beate remittuntur:
 que quanto sunt intimiora tanto facilius
 impediuntur per exteriora. **R**ed
 sponsus volens alloqui sponsam suam iubet
 ingredi a strepitu mundanorum: nec solum
 ingredi sed includere se iubet ut videlicet ingre-
 diatur ab occupatione exteriorum et cum hoc in-
 cludat ab euagatione interiorum: ut videlicet
 ingrediatur per corpus et per spiritum includat.
Quia sicut **Bern.** **P**elicata est diuina consolatio:
 nec datur admittentibus alienam. **Q**ue
 quanto est delicatior tanto facilius impeditur
 necesse est proinde qui ad negocia spiritua-
 lia intus in animo anxietate desiderat: ab ex-
 terioribus se alienet. **P**ropter hec omnia gratia
 diuinitus inspirata non in strepitu popula-
 ri sed in sequestro sanctis hominibus est exhibita
 ut in multis patet testimonijs scripturarum.
Unus **Jacob** rediens de aram in mesopotani-
 am cum vxores et liberos et familia a se eloga-
 ret lucrabat cum angelo usque mane. **S**imi-
 liter **moysi** rubus apparuit: cuius ad interiora
 deserti minasset grege. **S**imiliter gloriosa
 virgo **maria** inuenta est ab angelo in conclauis.
Unus **Bern.** **D**ia esto sola ut soli te omnium
 serues quem ex omnibus elegisti: fuge publicum
 fuge domesticos: secede ab amicis. **A**n nescis
 te habere verecundum sponsum qui nequaquam ve-
 lit tibi ceteris presentibus suam presentiam indul-
 gere: propter quod idem dicit. **C**ontemplationis
 oculum silentium amat: quietem cordis desiderat

pacē ab exterioribz pressuris: ⁊ cōscientiam in omni puritate cordis ⁊ corporis. propter qd̄ **Olee** dicit. **Du** cā eā sēz sponsam ad solitudinē ⁊ loquar ad cor eius. **Sermo** enim dei ad cor dirigitur. **Sermo** autē hominum ad aures carnis. **De** hac ergo locutione dei dicent tria per ordinem: videlicet de lingua sponsi ⁊ sponse. secūdo de modo loquēdi. tertio de verbis quibz se mutuo colloquuntur. **Hoc** autē secretū **Bern.** tanq̄ expertus exponit euidenter dicens. **For**te ascendūt cogitationes in corde tuo: ⁊ queris dubius: q̄ rariōne verba sponsi facta ad animā referuntur ⁊ rursū anime ad sponsū: quō possūt hec fieri. **S̄n** queris sed attende spiritū loqui: ⁊ ideo spiritualiter oportere intelligi q̄ loquūtur. **Quo**tiēs ergo legis vel audis sponsū ⁊ sponsam deū ⁊ animam pariter colloqui: noli imaginari tibi quasi corporeas itercurrere voces: nec corporeas colloquentiū apparere imagines: sed audi quid tibi sit i huiusmodi potius intelligendum. **Spūs** est deus. **Spiritus** q̄ est aīa: ⁊ habent linguas suas spirituales quibz se alterutq̄ colloquuntur p̄ntesq̄ indicent. **Primū** ergo vidēduz est de lingua. **De** quibus dicit **Bern.** **Lin**gua sponsi est fauor dignationis ei: aīe vero lingua fauor est deuotionis eius: ⁊ elinguis oīs aīa: que nō habent linguā: ⁊ nō potest ei esse vllatenus sermocinatio cū spōso. **Cum** ergo sponsus linguā suā mouet loquens anime nō pōt anima non sentire. **Et** rursū cū anima linguā suā mouet sponsū latere multominus poterit. non solum quia vbiq̄ p̄ns est: sed p̄pter hoc magis q̄ nisi ipso stimulante lingua aīe ad loquēdū minime moueret. **Verbo** igit̄ dicere pulcra ⁊ appellare amicā: infundere est. vnde et amet ⁊ se p̄sumat amari. **Ipsū** vero verbū vicissim noiare dilectū ⁊ fateri pulcrum q̄ amat ⁊ amat sine fictione ⁊ fraudi ascribere illi ⁊ mirari dignationē ⁊ stupere ad gratiam. **Itaq̄** locutio sponsi infusio domi est. **Respon**sio vero anime cū gratiarū actione ammiratio. **Verū** quia dei locutio ⁊ nostra meditatio similitudinē habent adinuicem: necessaria danda est differentia p̄ quam ab inuicē distinguant. **Dicit** enī **Bern.** **Sūc**

quedam verba sponsi ad nos nostre meditationes de ipso ⁊ eius gloria. potentia ⁊ maiestate: nō solum autē illa sed etiā cum audiamente versamus testimonia eius: sciamus p̄ certo adesse sponsū ⁊ alloqui nos: tu ergo cū talia tibi animo sentis non tuaz p̄vtes cogitationē: sed illum agnosce loquētes qui dicit. **Ego** assūm qui loquor iusticiam. **Et** quia similitima sūt cogitata nostre mētis sermonibz veritatis in nobis loquētis: nec facile quis discernit quid int̄pariat cor suū quidue audiat. **Ideo** ad secūdū mēbrū accedamus in quo de hac differentia ⁊ modo loquēdi plenius edocemur. **Secundo** ergo dicemus de modo loquēdi sponsi ad sponsā. **Loquitur** igit̄ sponsus ad animā semp̄ vera semp̄ bona: ⁊ in feruore intime charitatis. **Nos** vero cū de p̄prio loquimur vel etiā meditamus p̄dictorū contraria sēz falsa mala ⁊ sine amore loquimur. **Quā** autē dñs i cor de nostro semp̄ reloquat̄ veritatē ex oibz p̄ter testimonijs scripturaz. **Un̄** **Re. ij.** **Ver**bum dñi in ore tuo verū est. **Glosa.** id est in ore cordis. **Hiere. x.** **Dñs** deus verū est. **Pro**uerbi. **Veri** sunt omēs sermones mei. vnde **Apo.** **Im**possibile est deū mentiri. **Nos** vero cum de p̄prio loquimur mentimur. **Dicit** autē **Eccī.** **Mendace** quid verū dicitur. **Quali** diceret nihil. vñ **p̄s.** **Dis** homo mendax. **glosa.** id est ex se loquēs ⁊ per se. vñ in euangelio cū loquit̄ mendaciū de p̄prio loquitur. **Secūdo** sponsus semp̄ bonū loquit̄ nos vero mala. **Itaq̄** pacem. pietatē. iusticiam deus in nobis loquit̄. **Nec** talia cogitamus ex nobis sed in nobis audim⁹. **Ceterū** homicida adulteria furta blasphemie ⁊ similia his de corde exeunt nec audim⁹ s̄ dicimus ea. vñ **Bern.** **Cū** mala in corde versamus nostra meditatio est: si vero bona dei est sermo. illa sēz mala cor nostrū dicit. **hec** autem sēz bona audit cor nostrū. vñ in euangelio. **De** corde exeunt cogitationes male. **Idem.** vt quid cogitatis mala in cordibz vestris. **Et** **Apo.** **Nō** q̄ sufficientes sim⁹ cogitare aliquid ex nobis sēz boni ⁊ hoc tanq̄ ex nobis **Gen.** **Sensus** ⁊ cogitatio hūani cordis in malum prona sūt ab adolescentia sua. **Bern.** **Est** sane vbi piculose imo dānabili

ter erratur: atq; ibi inuito certa nobis p̄figu-
 ratur regula: ne quod dei est in nobis debeat
 minus nobis: putantes verba dei visitationē
 n̄āz eē cogitationē. q̄ quātū bonum distat a
 malo tantum ista duo a se: quomā nec de v̄
 bo mali: nec de corde bonū exierit: nisi qd̄ pri-
 us forte d̄ verbo cōceperit: quia nō potest ar-
 bor mala fructus bonos facere: nec arbor bo-
 na fructus malos facere. Tertia differētia ē
 quia sponsus verba sua vera et bona in ardo-
 re loquit̄ caritatis. v̄n̄ in p̄rouer. dicitur.
 Sermo d̄ni ignitus. Et p̄phera verbum
 illius quasi facula ardebit. **D**icitur. Ad vocē
 grandis loquē exardescit ignis in ea. **I**dē
 Numquid verba mea sunt quasi ignis et q̄si
 malleus conterens petras. v̄n̄ p̄s. Ignituz
 eloquiū tuū vehementer. **M**oster autē sermo
 frigidus ē et durus. **D**e q̄ in p̄rouerbi. dicit̄
 propter frigus piger arare noluit. **D**e quo
 Eccl̄. dicit̄. Cor durū male habebit. **T**er-
 tio dicendū ē de verbis: quib; se mutuo
 colloquunt̄. **L**oquit̄ autē de? tria v̄boruz ge-
 nera. **Q**uedā enī loquit̄ ad virtutes instru-
 entia: in quib; hortat animā. **S**ecundo lo-
 quit̄ quedā verba ad solā consolationē per-
 tinentia. **T**ertio quedā ad desiderium super-
 norū iritantia. **P**rimo dico loquit̄ quedā
 verba ad virtutes nos instruētia monens
 vt virtutib; insistam; p̄ quas ei qui d̄ns di-
 citur v̄tutū placeam; **D**e his verbis i **C**an-
 t̄. dicit̄. Surge propera amica mea et veni.
Quod ē dicere. **S**urge ab oī impediōe te
 p̄re et negligentia. p̄pera in opatione seruo
 te et amore. et veni ad perfectū ornatū v̄tutū
 qui ē stat; perfectiōis. **S**ecūdo loquit̄ qdā
 ad solā cōsolationē p̄inentia: que nullā in-
 formationē sed solā cōmendationē cōtinet.
Vest illud in **C**ant. **E**cce tu pulcra es ami-
 ca mea formosa mea colūba mea immacu-
 lara mea. **I**n quib; verbis nihil aliud innu-
 tur nisi qdā ad tenerrime delicie cōmēdati-
 onē. **Q**uēni vocat eam pulcrā cōmendat ei;
 puritatem. q̄ vocat eā amicā insinuat ami-
 cabilitatem. q̄ vocat eā formosam sonat ac-
 ceptabilitatem. q̄ vocat eā columbā laudat
 simplicitatem. q̄ dicit immaculata; innuit
 ab oīo malis imunitatē. **A**d supremū autē
 amulū deliciarū. q̄nq; non p̄pria verba sed

ipsius anime replicat v̄ba: vt quicquid illa
 dixerit ipse similiter dicat. **I**n q̄ illas v̄ber-
 rimas consolationes insinuat: q̄ nihil arbi-
 tratur se scire. nihil posse. nihil velle nisi qd̄
 ipsa velit. **Q**uōd cū prudens aīa aduertit de-
 bet in illū affectū. et dicere talia verba q̄ ma-
 xime desiderat in ea cōpleri. **E**t si sp̄s eius ea-
 dem verba secutus replicauerit erit ei spes
 maxima: q̄ irrefragabiliter impleat et p̄ficiat
 illud qd̄ dixit. **I**uxta illud **E**sa. lv. **Q**uō de-
 scendit imber et nix de celo et illic vltra nō re-
 uertit̄: sed inebriat terrā et germinare eaz fa-
 cit. **S**ic erit verbū qd̄ egrediet̄ de ore meo. nō
 reuertet̄ ad me vacuū: sed faciet quecūq; vo-
 lū et prosperabit̄ in his ad que misi illud.
Et illud in euangelio. **C**eluz et terrā transi-
 t̄. **T**ertio loquit̄ quedam verba
 ad desideria supernorū inflammatia. vt ē il-
 lud in **C**ant. **V**eni in ortum meū soror mea
 oīa poma vetera et noua seruaui tibi. **Q**uod ē
 dicere. **V**eni per contēplationē in ortū meū
 celestē: quia omnia poma noua et vetera id ē
 fructum omniū laborū tuorum seruaui tibi
 eternaliter p̄sruendū. **D**e his modis loquē-
 di dicit **B**er̄n̄. **S**ūt verba d̄ni rigantia cor;
 da arida et tēdentia p̄re amoris desiderio: q̄
 eum dulcis narratio est de ciuitate dei: de pa-
 ce et de copia ciuitatis: de ciuiū gloria: de de-
 core lucidissime mansionis: pelles de corde
 fastidiū et fatigationē nunciāns dilecto suo
 q̄ possessio eius sit et ad eam possit p̄tingere
Et subiūgit qui talib; verbis docent̄ docibi-
 les dei sunt: et vnctio docet eos de oīo. q̄ so-
 la docet omnē veritatem et profunda dei my-
 steria que nō licent hōi loqui: etiā si audire
 contingerit. **H**ec v̄ba cōsolatoria de corde oē
 tedium amouentia penetrabat p̄s. cum di-
 xit. **D**ormitauit aīa mea p̄re tedio coti-me-
 i re-tu. **H**ec verba audire desiderabat **S**a-
 muel cui dicebat. **L**oquere d̄ne quia audit
 seruus tuus. **U**nde cōuenienter ad audien-
 dum se disposuit qui dicebat. **F**rudiaz quid
 loquat̄ i me d̄ns deus. **U**n̄ nos miseros re-
 prehendit d̄ns in **J**obanne dicēs. **Q**uare
 loquelā meā nō cognoscitis. **C**ertū enī est si
 verba ei; minima v̄pore de nostris defecti-
 bus amouēdis cū diligentia audirem; et au-
 dita facerem; oī certo certius ad ista verba

maxima perueniremus. **H**ec sūt verba spō
 si loquentis ad animā cum suis sacramen-
 tis: que quasi summis labijs tacta relinqua-
 mus. **N**unc dicendum est qualiter
 sponsa sponsum alloquit viceversa: cui? lin-
 gua vt supra dictum est: est seruo deuotio-
 nis. Et eius locutio sicut ipsi? sponsi tripli-
 citer variatur. Loquit enī anima in seruen-
 tissime deuotionis admiratione. aliquādo
 in feruentissime deuotionis dilectione. ali-
 quando in feruentissimi desiderij inflāma-
 tione. **T**ūc autē ppriissime loquit anima cu? et
 intima deuotione in tantū pinguescit affe-
 ctio. vt lingua carnis affectum suum nullis
 valens exprimere verbis obmutescit. vt est
 illud **Cant.** Dilectus meus mihi et ego illi
**De primo modo locutionis eius ex ammi-
 ratione facte sumit illud Cāntico.** Ecce pul-
 ter es dilecte mi et decorus. **De secunda lo-
 cutione dilectionis videlicet sumit illud in
 Cant.** Ego dilecto meo et dilectus meo mi-
 hi. **De tertia locutione que est in desiderij i-
 flammatione sumit illud Cant.** Trahe me
 post te. curremus in odore vnguentorū tuo-
 rum. **H**ec tria secreta dei amplexus videli-
 cer osculum et allocutio pficiunt vitā: hoīs
 religiosi et ad statum perducunt perfectio-
 nis. **Q**ue bene signate sunt per tres lāceas.
 quas **Joab** princeps militie defixit in cor-
 de **Abalon** et mortu? est. **Q**uia postq̄ has
 tres lanceas deus princeps milie celestis
 defixerit in corde nostro: moriamur mundo
 et viuimus soli deo quia per amplexū itroz
 sum rapimur per osculum vero ibi diuinis
 pascimur et fruimur. **P**er allocutionem autē
 in omni plenitudine gratiarū proficimur:
 quia per allocutionem ei? anima liquefit.
 liquefendo deficit. deficiendo transit. tran-
 seundo vnif. **D**e liquefactiōe autē qua ad af-
 fatum sponsi liquefit. dicit i **Cant.** Anima
 mea liquefacta est: vt dilectus locus est.
 vñ **Bern.** Res liquefendo molliur molli-
 ta confluit in massam vnitaris quē admodū
 metalla varia calore ignis soluta cōflunt
 in vnū. **S**ic deus et anima ex igne charitatis
 in vnū conflunt. **I**dem. **E**x virtute verboꝝ
 mutuo se sibi colloquentiū: et audire eorum
 corda liquefunt. liquefendo deficiunt. de i-

ciendo transeunt. transeido vnif. vnica
 perficiunt: dum in illam vnitatem coeunt
 quando saluator orat et oprat in euangelio.
Ut sint inquit vnū sicut et nos vnū sum? **Q**uod
Hoc est brauius et hoc est finis. ad
 quē omnū religiosorum intentio debet esse
 finaliter ordinata. ad quē verbis nō ptingi-
 tur sed ope et veritate. **Q**uod contingit cum
 bonis operibz contestantibz conscientie iter-
 dum secedit et excedit a corporeis sensibus.
 vt se non sentiat: que verbum sentit. **H**oc
 archanum amplexus osculum et allocutio
 pulcre figurata sunt in **Bester** vbi dicitur.
Cum vidisset regem induit vestibus regis
 auroq; fulgentibus et preciosis lapidibus regi-
 na corruit: et in pallorem colore murata: ver-
 sa lapsa super ancillam redinavit. **I**lle do-
 festinus exiit de solio: et sustentās eā vnū
 suis donec rediret ad se. **E**cce amplexus. **S**e-
 quitur his verbis blandiebat dicens. **Q**uid
 habes **Bester** noli timere. **E**go sū frater tu?
Ecce allocutio. **C**umq; illa reticeret: tulit
 gam auream et posuit sup collum ei? et oscu-
 larus est eam. **E**cce osculū. **Q**ue dixit vidi
 te dñe quasi angelum dei et cōturbatū ē cor-
 meum p timore glorie tue. **V**alde enī mira-
 bilis es: et facies tua plena gratiarū. **C**ūq;
 loqueret rursus corruit et pene exanimata ē
Sicq; patet q̄ cōueniēter verba historie sa-
 cramenta barū nupriarum representant: nisi
 q̄ p timore stupor et ammiatio debet intel-
 ligi: eo q̄ in illas nuptias nullatenus cadit
 timor. **A**d quas nuptias nos pducatur chris-
 qui ppter nos in ea natus tanq; sponsus est
 egressus de utero virginali etc.

Sermo XXV

Paratus esto iſra-
 eli occurſū dñi quia venit. **I**n
 verbis ppositis tria principalis-
 ter tenentur. **P**rimo enim monemur cōtra
 dei aduentū ad pparationē. scōdō iā prepara-
 ti ad occurſionē. tertio securamur ad ei? sus-
 ceptionem. **P**rimū ibi **Paratus** esto iſrael.
 scōdō ibi: in occurſū dñi. tertio ibi quoniam
 venit. **E**st autē sū **Bern.** triplex aduentus do-
 mini **P**rimus ad hoies. scōdus in hoies. tertius
 us p hoies. **A**d oēs quidē indifferentes: nō